

0115-0125- SS Sixtus I - Epistola II de Reverentia Vasorum Sacri Ministerii

O93, f. 11rb; N442, f. 31ra; V630, f. 31rb; I83, f. 64ra; VD38, f. 57va; SG670, p. 105b; P9629, f. 6v

¹INCIPIT² EPISTOLA II SIXTI³ PAPAE UNIVERSIS ECCLESIIS DIRECTA.

Sixtus universalis apostolicae ecclesiae episcopus⁴ omnibus episcopis salutem⁵ in domino.

Cognoscat⁶ vestra⁷ sapientia, carissimi fratres, quia⁸ in hac sancta apostolica sede a nobis et reliquis episcopis ceterisque domini sacerdotibus statutum est, ut sacra vasa non ab aliis quam a sacratis dominoque dicatis contrectentur hominibus. Indignum⁹ enim valde est, ut sacra domini vasa, quae[<]VD38, f. 57vb[>]cumque sint¹⁰, humanis usibus serviant, aut ab aliis quam a domino famulantibus eique dicatis tractentur viris, ne¹¹ pro talibus praeumptionibus iratus dominus¹² <SG670, p. 106a> plagam¹³ imponat populo suo, et hi, qui etiam non peccaverunt, mala patientur aut <O93, f. 11va> pereant, quia perit iustus saepissime pro impio. Attendite, fratres, ne talia vestris in ecclesiis permittatis deinceps fieri, ne grex pretioso sanguine¹⁴ Christi redemptus in praecipitum¹⁵, quod absit, ruat. Propter quod assumite armatura¹⁶ dei, <P9629, f. 7r> [ut possitis resistere his, qui contradicunt veritati, et indui<I83, f. 64rb>te vos lorica¹⁷ iustitiae, calciati pedes in praeparatione¹⁸ evange]lii pacis.

Si¹⁹ q[uis vero vestrum pulsatus fuerit in aliqua adversitate, licenter hanc sanctam et apostolicam appellat²⁰ sedem et ad eam] quasi ad capu[t suffugium²¹ habeat, ne innocens damnetur, aut ecclesia sua detrimentum patiatur. Si autem necesse²² ei venire²³] eamque appellare minime²⁴ fuerit²⁵, et²⁶ voc[atus tamen ab hac²⁷ sancta sede fuerit, non renuat venire, sed confessim, u]t ei nuntiatum fuerit, venire festinet, et cau<SG670, p. 106b>sas, pro quibus voc[atus est, prudenter disponat²⁸, atque, si necesse²⁹ aliquid corrigere f]uerit, cum his, quos hic primos inve<VD38, f. 58ra>nerit, corrigat. Ad ecclesiam tamen suam non prius [revertatur³⁰, quam hinc³¹ litteri]s apostolicis vel formati^{32 33} pleniter instructus atque purgatus³⁴, si fuerit unde, ut³⁵, postquam³⁶ domi³⁷ reversu[s fuerit,] cognoscant vicini sui, qualiter <V630, f. 31va> huc³⁸ suam³⁹ aliorumque causam⁴⁰ finierit, quatenus eam absque aliqua ambiguitate⁴¹ nuntiare et praedicare omnibus possit. Ab hac enim sancta sede a sanctis apostolis tueri, defendi <I83, f. 64va> et liberari episcopi iussi⁴² sunt, ut, sicut eorum dispositione ordinante domino primitus sunt constituti, sic⁴³ huius sanctae sedis, cuius⁴⁴ dispositioni⁴⁵ eorum causas et iudicia servaverunt⁴⁶, protectione futuris temporibus sint ab omnibus perversitatibus semper liberi. Unde culpantur⁴⁷ hi, qui⁴⁸ aliter <N442, f. 31rb> circa fratres egerint, quam huius sedis rectoribus placere cognoverint. <SG670, p. 107a> His⁴⁹ taliter consideratis atque cum reliquis episcopis decretis^{50 51} tamquam omnium curam gerentes⁵² propter sedis propriae apicem^{53 54} decernimus⁵⁵, ut nemo pontificum aliquem suis rebus exspoliatum episcopum aut a⁵⁶ sede⁵⁷ pulsum excommunicare⁵⁸ aut iudicare⁵⁹ praesumat, quia non est privilegium, quo^{60 61} exspoliari⁶² possit iam nudatus. Si quis autem aliter agere⁶³ praesumpserit, sciat censuram⁶⁴ huius sedis cum omnibus membris suis sibi non deesse ven<VD38, f. 58rb>turam et⁶⁵, sicut egerit, ita recipiet⁶⁶. Si bene bene, si grave grave, si pessime pessime, quoniam dignus est operarius mercede⁶⁷ sua. Nos, fratres, nullum perdere volumus, sed ipse se perdit, qui⁶⁸ pia⁶⁹ considerata a<I83, f. 64vb>vertit^{70 71}, et⁷² qui apostolorum et huius sanctae sedis decreta libenter violat⁷³.

Sed et⁷⁴ nunc, fratres, commendamus vos⁷⁵ omnes domino et verbo gratiae eius, qui potest perficere et dare hereditatem vobis cum omnibus sanctis. Ipse autem deus pacis et consolationis det vobis <SG670, p. 107b> idipsum⁷⁶ sapere⁷⁷ in⁷⁸ alterutrum, ut vobis invicem succurratis et non sitis divisi, ut unanimes uno ore et uno corde honorificemus eum⁷⁹ in concordiam^{80 81} et consolationem⁸² fratum, qui potens est confirmare nos secundum evangelium eius, iuxta revelationem mysterii aeterni temporibus⁸³ scilicet perpetuis, quibus vobis futurorum gaudiorum largienda^{84 85} sunt munera.

Data VIII⁸⁶ Kal. Aprilis⁸⁷ Adriano et Vero⁸⁸ cc⁸⁹. cons.

O93, f. 11va; N442, f. 31rb; V630, f. 31va; I83, f. 64vb; VD38, f. 58rb; SG670, p. 107b; P9629, f. 7r

¹ In P9629 sind einige Passagen des Briefes wegen Beschädigung der Handschrift nicht lesbar; diese sind im Text durch [...] gekennzeichnet

² Überschrift] EPISTOLA SYXTI PAPAE DE REVERENTIA VASORUM SACRI (SACRA korr. aus SACRI SG670) MINISTERII ET, SI QUIS EPISCOPUS ACCUSATUS FUERIT, ut (ut korr. aus AD SG670) SEDEM APOSTOLICAM APPELLET SG670

³ SIXISTI I83

⁴ episcopus korr. aus episcopis V630

⁵ salutem in domino] in domino salutem V630

⁶ am Rande De sacris vasis I83

7 vestra sapientia] sapientia vestra SG670
8 quia korr. aus qua N442
9 am Rande Ut vasa sacra nonnisi a sacratis constringantur P9629
10 sunt SG670
11 am Rande Quod vasa domini tractari non debeant nisi ab ecclesiasticis viris VD38
12 dominus korr. aus domino VD38
13 plagam korr. aus plaga P9629
14 sanguinem P9629
15 am Rande foveam perditionis VD38
16 armaturam V630; P9629; I83; SG670
17 loricam SG670
18 praeparationem VD38
19 am Rande apellandum ad apostolicam sedem P9629; am Rande De appellationibus I83
20 appellat korr. aus appellat V630
21 am Rande confugium VD38
22 necesse fehlt SG670
23 evenerit V630
24 minime] minime ausus korr. aus minime V630; minime licitum SG670
25 voluerit P9629
26 et vocatus] evocatus SG670
27 hac sancta] huius ecclesię sanctę VD38
28 am Rande exponat ordinet VD38
29 necesse] necesse ei I83; SG670
30 revertatus I83
31 hinc korr. aus hic V630
32 am Rande canonicis VD38
33 formatis korr. aus formatas P9629
34 purgatus] purgatus sit VD38
35 et V630; P9629
36 priusquam VD38
37 domum VD38
38 hic P9629; VD38; SG670
39 sua V630
40 causam finierit] causa discussa fuerit korr. aus causa fuerit V630
41 am Rande dubietate VD38
42 iussi korr. aus iusisi I83
43 sic] sic et SG670
44 si SG670
45 dispositioni korr. aus dispositione P9629; dispositionis SG670
46 servaverunt korr. aus servaverant P9629; servaverint SG670
47 culpantur hi] culpantur korr. aus culpantur omnes SG670
48 qui aliter korr. aus qualiter V630
49 am Rande Ne suis privatus iudicet episcopus P9629
50 am Rande definitis VD38
51 discretis SG670
52 am Rande habentes VD38
53 interlinear excellentiam VD38
54 pacem I83; SG670
55 discernimus I83
56 a fehlt I83
57 sede pulsum korr. aus se depulsum VD38
58 excommunicare korr. aus excommnicare P9629
59 dijudicare I83; SG670
60 interlinear ut VD38
61 quod V630; P9629
62 exspoliari possit korr. aus exspoliari V630
63 facere korr. aus dicere SG670
64 am Rande iudicium
65 ut SG670
66 recipiat I83; SG670

- 67 merce *I83*
68 quia *V630*
69 pię *VD38*; pie *SG670*
70 *am Rande* repellit contemnit *VD38*
71 avertat *VD38*
72 et qui] Qui et *SG670*
73 *am Rande* corrumpit *VD38*
74 et fehlt *V630*
75 vos omnes] omnes vos *P9629*
76 idipsum sapere *korr. aus idipsum V630*
77 sapere] det vobis *O93; N442; I83*; sapere *korr. aus sapere* det vobis *SG670*
78 *am Rande* in invicem *VD38*
79 deum *SG670*
80 concordiam *korr. aus cordiam P9629*
81 concordiam et consolationem] concordia et consolatione *VD38; SG670*
82 constitutionu *P9629*
83 temporis *I83*
84 *am Rande* tribuenda *VD38*
85 largienda *korr. aus largiendi VD38*
86 VIII *VD38*
87 IUN. *SG670*
88 Vero] vero v. *korr. aus Vero SG670*
89 claris *SG670*